



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 8. An qui scienter ex verecundia tacet in confeßione peccatum
mortale, teneatur aliorum confeßionem iterare?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

3. Favet autem plurimum citatis Ferrantinus de scandalo, disp. 1. quæst. 79. à num. 14. quilibet eam non sequitur, et aliquando placuisse significat, dicens: Nunc solum proponam rationes, quibus antea persuasus existimabam, non esse repetendas confessiones sacrilegas. Itaque non esse necessarium, ut sigillatim, ac speciatim repetantur peccata jam dicta (etiam si confessarius sit diversus) sed ad summum in communi, explicando tamen in spec. e, ac numero alia non dicta: verb. grat. Peccavi centies mortaliter in specie furti, millies in specie detractionis, & sic de cæteris, quæ nunquam dicta fuerunt in confessionibus præcedentibus, sive culpabiliter omissa, sive postea commissa. Rursus feci quinque confessiones sacrilegæ, & tandem acculo me generaliter de omnibus mortalibus, quæ in hujusmodi confessionibus præcedentibus dixi, vel acculo me de omnibus mortalibus totius vitæ. Sic ille.

4. Cui etiam favet Navar. de Penit. dist. 5. cap. Consideret, §. Cautus, ubi ait, nulla ratione necessario concludi posse, integritatem confessionis esse necessariam omnino ad ejus valorem. Et Joannes de Medina Cod. de Confessione, quæst. 8. & nonnulli Catholici, qui testatur Suarez tom. 4. in 3. p. dist. 22. sect. 1. nam. 3. asserunt, non posse sufficienti ratione colligi, integritatem formalem confessionis esse de necessitate Sacramenti, seu ad ejus valorem requisitam. Nullus vero ex antiquis ausus est dicere, confessionem non integram formaliter esse validam; atque adeo Doctores omnes, si diverso confessatio fiat, iterandam esse docuerunt, eaque expressione, ac nunquam ea peccata dicta fuissent in præcedentibus confessionibus sacrilegis. Quibus indubitanter adhæreo.

§. II.

Recentiorum fundamenta.

5. Cæterum, disputandi causa, Recentiorum (quibus ego nunquam assentiar) fundamenta producam, ut doctiores judicent. Quod, ut felicius præstem: Suppono integritatem confessionis aliam esse materiale, quæ in eo consistit, quod omnia lethalia commissa, & clavibus non subiecta, penitens confiteatur. Ethæc, ut fatentur omnes, non requiritur ad valorem confessionis, neque ad ejus effectum; quia non ratio, aut ex oblivione, aut etiam ex causa rationabili, possunt aliqua scienter omitti, absque præjudicio valoris, & fructus confessionis. Alia verò est integritas formalis, quam omnes Theologi antiqui, & communiter moderni, ut indubitatum usque modo supponebant esse de necessitate Sacramenti, ita ut ea deficiente, confessio sit invalida, & ideo iteranda.

6. Hanc igitur integritatem ad valorem confessionis non requiri, sed solummodo ad ejus effectum, pluribus suadere contendunt Recentiores citati. Primo, quia integritas formalis confessionis consistit in eo, quod fiat de omnibus peccatis, quæ moraliter loquendo, hic, & nunc penitens confiteri tenetur: sed hæc non requiritur ad valorem confessionis, sed tantum ad ejus effectum. Ergo, syllogismus concludit, si præmissæ constiterint. Maiorem tunc D. Thom. Henriquez, Bellarm. Molfesinus, & alii, quos citatos sequitur Leander à Sacram. tom. 1. tract. 5. dist. 5. quæst. 2. & consentit Suarez tom. 4. in 3. p. dist. 23. sect. 4. num. 3. ubi ait: Eam tantum esse

integritatem formalem, in qua homo nil omittit peccando mortaliter, sive scientia, sive ex ignorantia, & negligentia culpabili, &c. tenent Cajet. Petrus de Soto, Navarr. & Medina. Hæc cum citatis Suarez, & novissimè M. Joann. de Prado in opere posthumo, de Penit. quæst. 2. de integrit. confes. dub. 3. num. 1. fol. 658. ubi ait, confessionem formaliter integram, tunc contingere. Quando explicantur omnia quæ moraliter explicari possunt, quia si aliqua reticeantur, est cum iusta, & rationabili causa. Unde inferitur non esse formaliter integram confessionem, in qua, non ex oblivione, nec ex aliqua iusta causa, peccatum mortale omittitur.

7. Quorum sententia desumitur ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 5. Ubi confessionis integritatem (quam ad valorem exigit) in eo consistere dicit, quod à penitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseantur. Peccata autem, quæ ex negligentia graviter culpabili omittuntur, non sunt à penitentibus diligenter discussa, & consequenter eorum omisio necessario integritati formali confessionis opponitur. Cujus rationem tradit Vazq. tom. 4. in 3. part. quæst. 92. art. 3. m. 4. & 5. dicens. Et ratio meo iudicio est manifesta, quia in confessione non integrè facta ex ignorantia culpabili mortaliter, peccatum, quod committitur, ejusdem naturæ est, ac si ex industria fieret, aut ex ignorantia nimis crassa. Peccata enim quorum malitia consummatur in actu, vel omissione exteriori, ejusdem speciei sunt, sive scienter, sive ignoranter fiant, ergo aut neurrum vitiat Sacramentum, & irritat, aut utrumque idem faciet. Sic Vazquez. Cujus principium est satis commune apud Theologos. Quod sustinet Illust. ac Rever. M. Tapia, Archiep. Hupal. in sua doctissima Catena Mor. lib. 3. quæst. 9. art. 8. dicens: Peccatum ex ignorantia vincibili non affectata est ejusdem speciei cum peccato facto ex certa scientia circa idem obiectum. Et tenet ante illum, M. Ledesma in Sum. 1. p. de Sacram. Penit. cap. 19. concl. 3. & plures apud Salas 1.2. tract. 13. dist. 8. sect. 4. m. 71. Et ita generatim, inquit, docent Vazq. Azor, Sayro, Valentia, & alii communiter. Ex quibus concluditur cum Vazquez supra, aut neutrum, aut utrumque peccatum vitare Sacramentum, quia æquè unum, ac alterum integritatem formalem confessionis evellit.

8. Unde sic instauratur argumentum. Integritas formalis consistit in eo, quod penitens nihil omittat in confessione peccando mortaliter, ut ex Trident. & auctoribus citatis probatum manet. Sed omittere in confessione peccatum lethale ex ignorantia graviter culpabili, ac proinde peccando mortaliter, non reddit confessionem invalidam, ut fatentur M. Sylvest. M. Sotus, M. Palud. M. Victoria, M. Ledesma, & alii Thomistæ, apud Quintanadennas supra, & apud Leand. à Sacram. quæst. 70. & 75. & c. cedit cum aliis Diana p. 1. tract. 17. resol. 31. Et quod mirabilis, ipse M. Prado supra, ubi postquam integritatem formalem, ut auctores citati, definit, sic ait: Si oblivio, & ignorantia fuerint culpabiles, confessio erit valida, sed informis. Ergo integritas formalis non requiritur ad valorem confessionis, sed solum ad ejus effectum: atque adeo licet non fuerit formaliter integra, non erit obligatio illam iterandi, sed solum peccatum omisum, & integritatis defectum explicandi, sicut de reliquis confessionibus validis, licet informibus, docent communiter Theologi. Huic discursui difficile dissentiet M. Prado, quia como de penit. citato, quæst. 3. de contrit. dub. 2. 3. fol.

3. fol. 625. n. 24. concedit cum Suarez, & Lugo, quod
* obliuio inculpabilis alicuius mortalis non tollit
formalem integritatem confessionis, nec si culpa-
bilis. Quae doctrina, inquit, evidens est. * Sic Pra-
dicto, licet inconsequenter. Sentit ergo validam esse
confessionem, etsi formaliter non integram, utrum-
que locum confert.

9. Hujus argumenti robur viros doctissimos la-
tere non potuit, idedque ad illud enervandum, ma-
jorem praefati syllogismi negant, asserentes integri-
tatem formalem confessionis non esse, qualem su-
pra descripsimus Doctores citati, sed in eo praecise
consistere, quod scienter nullum peccatum omitta-
tur in confessione, ex illis, quae poenitens confiteri
tenetur: Hoc gratis dicitur; sed tamen quia falsita-
tis convincere facile non est, ided secundum argu-
mentum sic efformo.

10. Concilium Trident. sess. 14. cap. 3. 4. & 5. aequè
definit, attritionem includentem detestationem de
peccato commisso, & propositum non peccandi
de cetero, esse quasi materiam hujus Sacramenti,
ac integram peccatorum confessionem, sed confes-
sio scienter facta, absque praedicta attritione, est va-
lida, & non iteranda, ergo & scienter facta absque
praedicta integritate. Major constat ex Concilio cap.
3. ibi: *Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius
poenitentis actus, nempe contritio, confessio, &c.* Et cap.
4. *Contritio, quae primum locum inter dictos poeniten-
tis actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato
commisso, cum proposito non peccandi de cetero.* Et cap.
5. *Ex institutione Sacramenti Poenitentiae jam explica-
ta, universa Ecclesia semper intellexit, institutam e-
riam esse à Domino integram peccatorum confessionem.*
Et definitio Concilii aequè declarat, qualis debeat
esse contritio, & qualis confessio. Ergo si Sacra-
mentum possit validum consistere, absque contri-
tione, ut à Concilio explicata, inconsequenter nega-
bitur validum esse posse, absque formali integri-
tate.

11. Confessionem autem scienter factam absque
praefata detestatione peccati (cum sola displicentia)
& absque proposito non peccandi de cetero, vali-
dam esse, atque adeo non iterandam (si peccator de
tali defectu doloris, & propositi se accuset, casu quo
agnoscat in hoc mortaliter delinquere) docent Ca-
jetan. M. Canus, M. Ledesma, Covarr. Thom. Hur-
tado citans Capreolum, & D. Thom. D. Anton. Pa-
ludanus, Sylvestre, & alii, quos referam infra disp. 5.
q. 2. Quibus addo M. Paulum de Blanchis ejusdem
Prædicatorum Ordinis in discept. casuum conscientiae,
disp. 4. in litt. C. casu 5. dubio 1. fol. 221. ubi sic. * Quartus
defectus ex parte contritionis est, quando non ha-
bet dolorem sufficientem, & non confitetur talem
defectum, confessio ex tali fictione est nulla, cum
non sit integra; quia insufficientia illa imputatur ad
peccatum. Si verò confitetur illum, & absolvi-
tur, satisfacit præcepto Ecclesiae, & non tenetur i-
terare confessionem, nihilominus pro tunc non con-
sequitur gratiam sacramentalem: sed recedente fi-
ctione, tunc poenitens incipit accipere fructum ab-
solutionis. * Et est expressa sententia D. Thomae in
4. disp. 21. quest. 3. art. 1. quest. 1. ad 1. ubi haereticum,
quæ confessarius inducere nequit, ut desistat à corruptio-
ne plebis, ac proinde sine dolore, & proposito con-
fitemem, validum Sacramentum recipere docet, &
rationem reddit. * Sicut enim (inquit) Baptismus
est Sacramentum, quamvis quis fictus accedat (id
est, sine dolore, & proposito) ita confessio non de-

fini esse sacramentalis, quamvis ille, qui confite-
tur, emendationem non proponat. Sic D. Thom.
Quod satis prædixerat disp. 17. quest. 3. art. 4. quæstio
corp. ubi ait: * Confessio etiam potest esse in eo, qui
non est contritus, &c. & quamvis tunc non percipiat
absolutionis fructum, tamen recedente fictione, incipit
accipere. * Cujus verba ponderant M. Blanchis
supra, s. Difficultas fol. 222. sic t. * Inter Thomam
est controversia de intelligentia verborum D. Tho-
mae, de illo, qui accedit ad confessionem non attri-
tus, qui pro illo tunc non accipit fructum Sacramen-
ti, accipit tamen recedente fictione, ut accidit Ba-
ptismo, & in aliis Sacramentis. M. Dominicus de la-
to dicit, quod Angelicus Doctor quæbitur secun-
dum opinionem communem, quod dictum in Sum-
ma correxit, &c. Capreolus, Cajetanus, & alii Tho-
mistæ oppositum tenent: dicunt sententiam veni-
tam esse, & quod non esset retrahenda, sed soluta
manere. * Sic M. Bianchis pro D. Thomae, quibus
supra citatis, non solum videtur admittere Sacra-
mentum Poenitentiae validum abique sufficienti do-
lore, sed etiam absque ullo.

12. Ided ejus auctoritate ductus Fr. Chri-
stophorus à S. Josepho tom. 1. opin. moral. 2. p. de Sa-
cram. Poenit. dubio 1. non reuult dicere, confessionem
scienter factam absque ullo prioris dolore, etiam ab
illo, qui bene novit esse lethale, sic accedente, validam
esse, & non iterandam. Quod probabile patet Du-
rand. in 4. disp. 17. quest. 13. nu. 7. & non esse improba-
bile ait R. P. Delgado in tom. de Poenit. cap. 10. num. 44.
Contentens pro hac sententia mihi tate Richard.
Cajetan. Canus, Ledesma, & Covarr. & alii, qui
illa citant Paludanum, D. v. Anton. & Sylvestre, & alii
indubitatum D. Thomae sententiam in 4. disp. 17. quest.
3. art. 4. quest. 1. in corpore ad ultimum non retracta-
tam. Quibus à fortiori consentire tenetur Ma-
jor, Almainus, & alii, apud Henricum 2. lib. de Po-
nit. cap. 26. num. 7. in Gloss. lit. v. asserentes, quod non
esse partem essentialem Sacramenti Poenitentiae, sed
requiri ut dispositionem ad ejus effectum. Camig-
tur integritas formalis confessionis non nega-
gatur à Trident. quam dolor, seu detestatio de pec-
catis, cum proposito non peccandi de cetero, &c.
quæ de utraque parte definiat, esse quasi materiam
Sacramenti poenitentiae: necessarium inde conclu-
dendum videtur, aut utramque, aut neutram esse par-
tem essentialem illius, ut Sacramenti. Et si hoc
neciente Concilio detestationem peccati commisi-
cum proposito non peccandi, esse quasi materiam
Sacramenti, solum definit (ut exponunt aduersarii)
esse partem Sacramenti, ut remissivi peccatorum, ut
vero Sacramenti, secundum se considerat: detestatio-
tem similiter integram peccatorum confessionem esse
quasi materiam Sacramenti, eandem propositum ex-
positionem admittere poterit. Aut reddas, quælo
parentem disparitatem?

13. Urgetur primò. Quia si ob aliquam rationem
confessio formaliter integra esset necessaria ad vali-
dem Sacramenti, maxime, quia ita videtur deinde
Trident. sess. 14. cap. 5. dum ait: * Itaque dum omnia
quæ memoriae occurrunt peccata, Christi fideles
fiteri student, procul dubio omnia divina miseri-
cordia ignoscenda exponunt. Qui vero secus fecerit,
& scienter aliqua retinuit, nisi Divina bonitas per
Sacerdotem remittendum proponunt. * Atque verò
ba hæc solum evincunt, prædictam integritatem
esse requisitam ad effectum Sacramenti, non ve-
ro ad ejus valorem. Ergo. Minorem, in qua tota est
difficultas.

S. III.

Iudicium Auctoris.

difficultas, probo. Primò, quia pœnitens, qui ex ignorantia graviter culpabili omittit confiteri aliquid lethale, nil divinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponit, & tamen, juxta communem Thomistarum opinionem, confessionem validam, & non iterandam efficit. Secundò, qui scienter confiteatur sine sufficienti dolore, & proposito (ut omnes supra citati defendunt) validum etiam Sacramentum efficit, cum tamen nil divinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponat. Ergo verba Concilii non magis cogunt nos asserere confessionem formaliter integram esse necessariam ad valorem Sacramenti, quam dolorem efficacem, & propositum non peccandi: sed hæc, ut Thomistæ relativi tenentur, solum requiruntur ad effectum, non ad valorem. Ergo & illa.

14. Urgetur secundo, quia Trident. sess. 14. Can. 4. eodem tenore verborum definit necessitatem doloris, & integritatis confessionis, & utriusque solum addit in ordine ad remissionem peccatorum. * Si quis, inquit, negaverit ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam pœnitentiae, videlicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres partes pœnitentiae dicuntur, &c. anathema sit. * Ergo si ex hoc Canone inferre licet, dolorem, de quo loquitur Concilium cap. 3. solum esse necessarium ad effectum Sacramenti, non verò ad valorem; idem evidenter inferre licebit de integritate confessionis. Cui etiam facit, quod Canone 7. Ubi de solaj integritate sermonem instituit, solum definit esse necessariam ad effectum Sacramenti. * Si quis dixerit in Sacramento Pœnitentiae, ad remissionem peccatorum, necessarium non esse jure divino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, anathema sit. * Cum ergo nullibi definatur Concilium integritatem confessionis esse necessariam ad valorem Sacramenti, sed ad remissionem peccatorum; & aliunde non magis definatur integram peccatorum confessionem, quam eorum detestationem & propositum esse partes Sacramenti Pœnitentiae; planè deducitur, ex definitis non magis convinci formalem integritatem esse de necessitate Sacramenti, quam attritionem includentem detestationem, & propositum.

15. Urgetur tertio. Quia quantum ex Concilio colligitur licet, tam requiritur ad Sacramentum Pœnitentiae dolor integer peccatorum, quæ quis confiteretur, quam integra peccatorum confessio; sed qui scienter haberet dolorem unius peccati, & non alterius (si de hoc defectu se accusaret) faceret confessionem validam, & informem, juxta communem Thomistarum sententiam, asserentium ex defectu integritatis doloris ad omnia peccata, posse dari Sacramentum validum, & informe, ergo & absque integritate confessionis. Ergo vel utraque ad valorem Sacramenti requiritur, vel neutra.

(***)

16. Dedo utramque integritatem doloris, scilicet, & confessionis, sicut, & attritionem includentem detestationem, & propositum, esse necessariam ad valorem Sacramenti, semper existimavi, & firmiter nunc teneo. Censeo enim, à principiis intrinsicis non esse magis probabilem opinionem negantem præfatam attritionis necessitatem ad valorem Sacramenti, quam quæ integritatem formalem confessionis ad ejus valorem necessariam negat. Nam, ut supra probavi, unam & alteram æquè definit Concilium esse partem Sacramenti, & utramque ad remissionem peccatorum æquè necessariam esse sub anathemate decernit. Quapropter de utraque eodem prorsus modo Theologizandum judico.

17. Adde teneri etiam confessionem iterare, qui certus de peccato in confessione omisso dubius est, an ex verecundia, an ex justa causa omiserit. Quia revera, dubius est de valore confessionis: atque adeo de adimplerione præcepti. Certus autem de præcepto, & dubius de ejus adimplerione, adimplere tenetur. Quapropter audendus non est Carolus de Baucio, qui in Miscel. tom. 1. quæst. 474. oppositum videtur asserere, his verbis: * Salvo meliori judicio, si post diligens examen pœnitens dubitat, an revera tacuerit peccatum mortale in confessione ex verecundia, assero, quod non tenetur repetere confessionem illam, in qua dubitavit tacuisse ex verecundia, etiam si magis inclinet, quod non sit confessus, &c. Idem dicendum est, si magis inclinat pœnitens, quod ex malitia tacuerit peccatum; nempe non tenetur repetere confessionem, sed tantum confiteri peccatum omissum, de quo est dubius, an aperuerit in confessione, &c. Ita mecum sentiunt docti, & pii viri, quibus hunc casum communicavi. * Hæc Baucius. Sed non placet, propter rationem nuper attactam, quando certus est non fuisse confessum, & dubitat, an ex verecundia, an ex justa causa omiserit.

18. Ex dictis concluditur, quod sicut pœnitens nequit absque justa causa, tacere in confessione peccatum aliquod lethale, ita nec confessarius potest, nisi omnibus auditis, absolutionem impendere, quia uterque ex præcepto Divino ad confessionem, & absolutionem formaliter integram tenetur, quæ sicut ex parte pœnitentis exigit, ut omnia, pro quibus tacendis non est causa, recenseantur, ita ex parte confessorii, ut omnibus auditis, absolutione in largiatur. Unde fit primò, audiendos non esse M. Sotum M. Paludanum, D. Antoninum, Navarr. M. Ledesma, & alios, apud Dicastillo de Pœnit. disp. 11. dub. 18. num. 315. asserentes, superiores, pro suo nutu, posse pœnitentem à solis reservatis sacramentaliter absolvere, & pro absolutione aliorum lethalium ad inferiorem confessorium remittere. Hoc enim, absque urgente causa, propter rationem supra adductam, fieri non potest, ut bene docet M. Paulus de Blanchis Dominicanus in disceptat. casuum conscientie, disc. 4. disput. 4. in lit. C. fol. 179. & communiter Theologi; quia si prohibito confessorii, dimidiari posset confessio, prohibito etiam pœnitentis posset, quia non est major ratio unius, quam alterius.

19. Fit secundò, omnino reiiciendum M. Baltanas in Margarita Confessorum folio mihi 44. ex præfata opinio-

opinione (quam etiam ipse cum commilitonibus tuteur) sic deducem: Ex quibus, inquit, infero, quod quando quis facit longam confessionem durantem per plures dies, posset in qualibet partiali confessione absolvi, quia non videtur major ratio in casu superiori, quam in hoc. Sic ille. Quod licet consequenter dictum, à veritate profus alienum est (extra periculum mortis) quia confessionem dimidiare est contra præceptum Divinum, quod nisi urgente causa occurrente, suam semper obligandi vim retinet. Secus autem esset, si pœnitens vellet confessionem generalem facere de omnibus lethalibus jam iterum rite confessis, nam cum ejusmodi peccata sint materia libera confessionis, poterit, pro suo nutu, quæ voluerit omittere, & per consequens eorum confessionem dimidiare, ut exterminare notissimum est.

20. Fit tertio, minimè sustinendam sententiam quamdam præcitatam M. Pauli de Blanchis ubi supra fol. 180. §. *Observandum*, qui putat probabile, eum, qui de omnibus peccatis Sacerdoti inferiori confessus, gratiam sacramentalem virtute hujus confessionis accepit, si postea superiori reservata iterum confiteatur, & sacramentaliter ab illis absolvatur, non recipere augmentum gratiæ per absolutionem sacramentalem à superiore collatam. Verba ejus sunt. * *Observandum igitur est, quod per absolutionem primi absolventis, si sit inferior, si sit superior, confertur sacramentalis gratia, unde secunda confessio, & absolutio, est prioris perfectio, (attende) & idè potest sustineri, quod per secundum Sacramentum non augeatur sacramentalis gratia, quia fuit data (in primo) virtute ambarum absolutionum. At verius tamen est, si sit unum, si sit duo Sacramenta, quod per secundam absolutionem augeatur gratia.* * Sic ille, cum M. Soto in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. §. *Diglati-antur*, ubi ait: * *Secunda confessio, & absolutio est prioris perfectio, & idè potest dici unius Sacramenti, & sustineri, quod per secundum Sacramentum non augeatur sacramentalis gratia, quia prior fuit data in virtute ambarum absolutionum, attamen si sit unum, si sit duo Sacramenta, verosimilius est, quod per secundam absolutionem augeatur gratia.* * Quibus M. Soto contrariam sententiam probabilem putat. Sed hæc doctrina sustineri non potest, quia ubi est distincta eorundem peccatorum confessio, cum dolore, seu dispositione requisita à Tridentino, & nova Sacerdotis absolutio, datur verum, & distinctum Sacramentum pœnitentiæ rite susceptum quod gratiam sacramentalem confert, certissimum est, & me iudice, fide sanctum. Videatur idem Paulus de Blanchis *disp. de Contrit. fol. 300. & 301.* ubi ex D. Augustino, & D. Thoma, hanc conclusionem certissimam esse constat, ac proinde oppositam, in ejus etiam principiis, reiiciendam prorsus.

21. Pro coronide hujus disputationis observandum est, præcepto Ecclesiastico annuæ confessionis non satisfieri per confessionem voluntariè nullam, quia Ecclesiæ præceptum est modificativum divini, quod tempore ab Ecclesia determinato ex hujus præcepto adimpleri debet. Præceptum autem divinum non adimpletur, si verum Sacramentum pœnitentiæ recipiatur. Undè sit, omnino exterminanda opinio asserentium, per confessionem non integram, omitendo voluntariè aliquod mortale, etiam invalidam, satisfieri præcepto annuæ confessionis. Quam tenuerunt Sylvester, Paludanus, Cano, Ledesma, & alii, quos refert Leander à Sacramento *tom. 1. tract. 5. de Pœnit. disp. 3. quæst. 52.*

Idemque propter eandem rationem tenendum est, confessio sit integra, si tamen nulla, & invalida defectum omnino internum, doloris v.g. pœnitentiæ: quidquid contraxerit Mag. Victoria quæst. 1. quem sequitur Ludovicus de S. Juan quæst. 8. art. diff. 2. pag. 498. Qui addunt, idem profus dicendum, etiam si ejusmodi confessionem non subsequatur absolutio. * Qui confitetur (inquit Victorius) præ omnia peccata sua, etiam si non habet dolorem, si confiteatur hoc ipsum, quod non habet dolorem, si absolvatur, si non credo, quod satisfieri præcepto Ecclesiæ: ego certe non damnare illum. * Cui consentit M. Can. in relect. de Pœnit. 7. fol. 43. d. ult. *rum jam patet*, ubi ait: * Imò crediderim ego, quod cum peccator se sitit Sacerdoti, etiam si non recipiat absolutionem, implet præceptum Ecclesiæ. Quæ censuræ, si quæ fulminentur adversus eos qui eo non sunt confessi, hujusmodi peccatores impœnitentes non tangunt. * Ceterum nulla ex præcatis sententiis sustineri potest, quia præcepto recipere verum Sacramentum, eo voluntariè non suscepto, nemo satisfacit. Et contraria assertio damnata est Alexandro VII. die 24. Septembris anno 1665. ubi inter alias propositiones, ut scandalosam utrimum, damnavit hanc: *Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfaciit præcepto Ecclesiæ.* Quæ censura potest interpretari singulari opinioni M. Domini Balthasari Margaritæ conf. fol. 44. in edit. Complut. anno 1554. ubi ait: * Si quis haberet solum peccata cordis, videtur quod possit differre confessionem, usque ad mortis viculum, cum de illis Papa nil habeat iudicare. * Quis sententiam omnes auctores reiiciunt, in illamque Thom. Hurt. to. 1. de Resid. Sacra. ref. 8. de Resid. Canon. subsc. 1. n. 20. fol. 345. ex principiis veræ Theologiæ, sic concludit: * Manet ergo temerarius, & improbabilis sententia Margaritæ, quæ ante porcos, non ante fideles, & Catholicos proluci debet. * Quia hoc sanctum est præceptum Divinum confessionis ad omnia peccata mortalia, tam interna, quam externa subiicienda obligare: ut definit Trident. sess. 14. c. 1. Ecclesiæ autem tempus ad ejusmodi præcepti adimplendum determinavit, semel in anno. Undè semel singulis annis, tenentur fideles præceptum Divinum confessionis adimplere, nec aliter Ecclesiæ præcepto satisfaciunt. Qui autem peccata cordis mortalia non confitentur semel in anno, vel qui confessionem invalidam efficiunt ut potè aliqua parte essentiali dicantem, non adimplent præceptum Divinum confessionis, tempore ab Ecclesia determinato, in quo consistit violatio præcepti Ecclesiæ, ut bene M. Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. conc. 6. Suarez de Pœnit. disp. 1. sect. 2. n. 2. & sect. 7. n. 3. Vivald. Adrian. Navar. Medina, Petr. de Soto, Paul. Comitoli. quos citat & sequitur P. Fagund. secundæ præcepti Ecclesiæ. lib. 1. cap. 4. n. 11. 50.